




Prodromus.


 Aleant, qui Chymicorum hinc processuum expectant nundinationes; aut mysteria *Cereris*, ad *Chrysopœjam* pertinentia, imaginantur sibi. Salvi sint, qui credunt, quæ non vident passim; ab experimentis tamē Metallurgicis petita, stabilita fundamentis naturalibus! Adunco ne suspendant naso, quæ ad demonstrationem spectant oculissimam. Qui si didicerint Naturæ opificium familiare, ex limosa Vitriolicaq; terra Ferrum, ex hoc Cuprum, beneficioq; lapidis *Calaminaris*, fossilisvè rei, Orichalcum splendidum prodire: à Metallorum metamorphosi non abhorrebunt. Nec imposterum, solius Dei opus esse, corpora mutare invicem clamabunt. Præterquàm enim, quòd per rationes solidas confirmaturi simus, communem omnibus competere materiem metallis; absq; eâ etiam si foret, labor nihilominùs quotidianus hic Naturæ appareret, corpora in corpora mutare alia. Ex uno eodemq; semine, lacte, sanguine humano partes hominis formantur & augentur; caro, ossa, venæ, fibræ, nervi, spiritus, medullæ,

A 2

crines,